

q. Si tamen reus. Ad videndum Ruyn. in cōfil. 84. num. 5. vol. 4. vbi idem tenet, quod accusatus, vel iniquus de delicto extra territorium commissio a iudice delicti amplius non poterit molestari per iudices originis, vel domicilij, sed si non fuerit absolutus, vel punitus pendente iudicio coram primo iudice in contumacia, alius iudex poterit ipse quoque inquirere, & similiter quando contra reum contumacem fuit lata sententia cōdemnatoria, que non potuit exequi, & idem tenet Bart. in l. septul. chri. ff. de sepulch. violat. & in si. dicit, quod ab utroque iudice poterit cogi ad solvendum vtramque cōfirmationem, & secundum Vin. in opin. 420. nu. 4. absolutus, vel condemnatus in loco domicilij, vel originis nō prohibetur accusari in loco delicti, quia est p̄cipalis locus, in quo punitio fieri debet, secus in condemnato, & absoluto in loco delicti, in quo casu amplius molestari nō poterit, sed D. Prosper Farina. in suis elegantissimis quest. crim. in q. 7. sub numero. 26. d. opinionem reprobat, attestando hanc esse veriorē, quod indistincte etiam, quod sumus in diversis iurisdictionibus, & territorijs, condemnatus, vel absolutus in vnicō loco, siue domicilij, siue originis, siue delicti, non possit vilo modo molestari in alio fraude, & collusionē cessante, vt dicit Dominus Clarus, sed ego valde dubito, quod dictum Far. non procedat nisi quando reus fuisset punitus, quod tūc amplius non esset molestandus, vt plenē dixi infra in quest. 57. versiculo scias etiam Baiard.

r. Mentionem feci] Penam exiger, vt infr. q. 57. vers. scias etiam. Ros.

f. Vers. tertius est casus.] Decianus vbi supra num. 9. Ros.

t. Assidue conuersatur.] Et hic obiter nota, quod mala conuersatio p̄per loca, & cōm malis hominibus facit indicium, vt per pract. Carrer. n. 239. vbi comprobando retulit Bald. consilium quēdam

st. q. Si tamen reus sit in alio loco carceratus, solēt alij iudices supersedere, dummodo id per collusionem factum non fuerit. Et si in eo loco, in quo detentus est, fuerit punitus, vel absolutus, facta fide de huiusmodi punitioe, vel absolute, non pot̄ amplius per alios iudices molestari, Quæ omnia intellige semper fraude cessante iuxta ea, que dixi alijs locis huius. de quibus supra mentionē feci.

5 Sed nunquid poterit iudex originis, vel domicilij punire huiusmodi delinquentes secū dum ius commune, vel iuxta statuta loci delicti, an originis, an vero ipsius loci domicilij? Dixi infra q. 85. vers. Tertius est casus.

6 Quæro, nunquid possit delinquens puniri in loco, in quo assidue conuersatur. Resp. quod (secundum aliquot) vbi talis conuersatio continuaverit per decem annos, potest in eo loco puniri. Et ita dicit Boss. in tit. de foro comp. nu. 72. quod ita communiter tenetur. Ego nunquā vidi apud nos aliquē non subditum puniri propter delicta extra Ducatum commissa, etiam si conuersatus esset per decennium in Ducatu. Forte si vltra assiduum conuersationem concurreret, quod haberet familiā, & maiorem partem fortunarum, posset puniri; nam eo casu videretur in eo loco constituisse domicilium, in quo quidem nullus discrepat, vt dicit Bertran. cons. 103. post nu. 23. lib. 2. secunda parte.

7 Ceterum si reus sit vagabundus, poterit de delicto commissio puniri in quolibet loco, in quo inueniatur: nam vt dicit gl. hoc tenēs in l. i. in gl. fin. C. vbi de crimin. agi oportet, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, quam Doct. frequentissimo consensu sequuntur, vt ait Didac. pract. q. 11. num. 7. & post illam gl. ait Bart. in l. hères absens, §. proinde, ff. de iud. quod multi ribaldi suspēsi sint, & quotidie suspenduntur. Et in hac quidem conclusione, quod vagabundus possit vbiq̄ puniri, omnes concedant, vt dicit Alber. in diff.

§. proinde, post nu. 2. Hæc etiā opi. dicit esse cōmunem Bella mera cons. 11. col. 1. quem refert Probus in Apoft. ad 10. Monach. in c. inquisitiones, nu. 5. de hæret. in 6. Et ita Senatus iussit quēdam Brixiensem, qui dicebatur esse vagabundus, pro furto extra Ducatum commissio fustigari, 7. Octobr. 1555. P. N.

Sed hoc quæro, quis dicatur vagabundus. Resp. quod vagabundus dicitur ille, qui per mundum vagatur, ita dicit Bart. in l. 4. §. prætor ait, nu. 24. ff. de damno in fact. & est commun. opi. vt dicit Marian. in c. si. num. 37. de foro comp. quem refert Boss. in tit. de foro comp. nu. 60. Supple, neque habet alicubi cœnū domicilium, in quo habitet, & dixi, in quo habitet: nā in hoc proposito non consideratur, an habeat certum domicilium originis, vel ne, quia (eo nō attento) dūmodo non habeat certum domicilium habitationis, potest vbiq̄ que conueniri, & puniri, et ita cōmuniter tenetur, vt dicit Imol. in dilectus, nu. 10. de rescripti & in c. fin. nu. 15. de eo qui mitti. in poss. rei seruandæ causa. Et licet aliqui dixerint, q̄ ad hoc, vt quis dicatur vagabundus, requiritur, quod non habeat, neq. etiam domicilium originis, tamen illa opinio cōmuniter reprobat, vt attestatur Marian. in loco p̄ alleg. ea enim retenta sequeretur, quod necesse esset ciuitatem, in qua ille natus esset, funditus esse euersā, & destruetam, quod esset ridiculum.

9 Fui interrogatus quandoque, nunquid banniri dicatur vagabundi. Resp. quod non, & allegans Alb. in 4. parte Statutorum, q. 80. Item quæro, dicentem, quod ita senent cōmuniter Doct. quem etiam refert, & sequitur C. poll. cons. crim. 59. vers. sed dubiū est. Quod tamen intelligendum est, vt procedat, quando bannitus habet in aliquo loco certam habitationem, seu domicilium: aliā enim si sine certa habitatione per mundū vagaretur, vtique habendus esset pro vagabundo, prout & alij, ita vagantes: nec propter bannū efficeretur in hoc melioris

Episcopum potuisse torquere conuersantem cum hæretico, cum inculparetur de hæresi. Et ex loci conuersatione varia colligitur coniectura per l. vlti. C. si emancipat. ita fuerit aliena. Item frequentatio assidua in aliquo loco, an faciat indicium, si ibidem reperiat mortuus aliquis, & nescitur a quo fuerit occisus, vide per eundem, num. 140. Giach.

u. Ceterum si reus sit vagabundus.] Adde supra q. 28. vers. Scias autē, vbi dixi de vagabundis, & quomodo contra eos procedatur, vide sup. q. 31. vers. sed quid si reus, infra q. 64. vers. sed pone in fine. At dum in fine versiculi sequētis ait, ridiculum esse ciuitatē vagabundi funditus euersam fore, Tu dic hoc vetificari posse in Egyptijs, seu Cingais. Item in Cyprijs nostris partibus, siue vlla patria vagabundus, vt docet experientia; ideoque isti vagabundi tam ratione delicti, quam ratione contractus vbiq̄ que conueniri possunt ad gloss. in l. hères absens, §. si quis tu telam, ff. de iud. Drogh.

Ceterum si reus.] Cartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 297. Decian. tracta. crim. part. 1. lib. 4. cap. 13. num. 50. Ros.

16 ad hanc quæstionē Boss. in tit. de foro compet. sub num. 70. Socin. in reg. 87. lent. 6. Neuin. in solua nptial. lib. 4. numer. 104. & Duen. in regul. 378. limit. 4. & Claud. in regul. crimin. 7. Baiard.

x. Sed hic quæro.] Cartar. vbi sup. & n. 250. Decian. d. c. 13. n. 2. Peguera dec. 3. Ros.

17 Sed hic quæro.] Adde videndum p̄ Mascard. in tract. de probat. in concl. 1365. vol. 3. Baiard.

y. Fui interrogatus nunquid banniri dicatur vagabundi.] Contrarium de quo hic, verius videtur per uerba, quæ leguntur de Caim, post fratricidij, Genesis capitulo quarto, & ero vagus, & profugus

gus in terram, quod idem est, ac bannus, & vagabundus, vide supra in §. Homicidium, versic. Ple-runque etiam, vbi dixi, Quicquid etiam in contrarium dixerit Cartar. de execut. sentent. cap. 1. numero 252. parum memor de eo, quod paulo ante numero. 242. dixerat, videlicet bannitū ex animo delibato in nulla mūdi par-

conditionis, quam ceteri non bannitū.

10 Pro complemento huius materiae volo, vt scias, quod ex maleficijs, de quibus propter diuersitatem loci, vel incompetentiā iudicis, cognosci non potest, possunt iudices aliqua maleficia, de quibus cognoscere possunt, aggrauare, & in maiori pœna

punire. Et ita communiter dicitur, vt attestatur Nell. de bannitis, in 2. par. primi temporis, q. 6. subdens, quod ita communiter seruatur per assessores, licet secundum eum male faciant, & in anmarū suarum perniciem. Vide, que dixi supra hoc eo. lib. §. Furtum, vers. sed pone, & infra q. 51. vers. nam tamen.

te fore tutum, ergo vbi quis non est tutus, ibi habere domicilium non potest, quia est. t. locus. ple-rique C. de in ius voc. cū concord. Drogh.

Fui interrogatus.] Decian. d. c. 13. nu. 2. & c. 16. num. 16. Ros.

z. Pro complemento.] Farina. tit. de delict. q. 23. volum. 1. num. 13. circa fin. Ros.

QVÆST. XL.

Vicarij an possint in causis criminalibus cognoscere, & iudicare.

S V M M A R I A.

1 Vicarius Prætoris an possit cognoscere de causis criminalibus.

ADDITIONES, Ad Quæst. XL.

a. Dicitur est.] Vide Decianum tomo primo tractat. crimin. libro quarto, cap. 25. Ros.

b. Gloss.] Similem gloss. habemus in l. aliquando, ff. de offic. procons. & leg. quam ibi sequuntur Albe. & Bald. & in l. 1. ff. de offic. eius si cui mand. est iurisd. Guot.

c. Aut loquimur in Vicario Prætoris.] Adde tamen, quod Prætor, & officia specialiter in dicto statu venduntur plus offerenti, vnde recte exclamat Cicer. offic. libro secundo. Malè, inquit, tunc res agitur, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia, Perbellè in hac materia lege Peritium Flauium Saryr. 3. per totum. Drogh.

d. Deputatus locum tenens.] Adde Iaf. in §. fuerat sub num. 7. institut. de act. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 54. nu. 5. & libro 2. cent. 3. cas. 253. nu. 4. An autem debeat consistare de mandato Vicemgerentis, Bald. in l. executorum, nu. 13. C. de execut. rei iud. Drogh.

e. Prius relatione in Senatu.] Adde infra q. 64. versic. Forma autem, ibi, sed hoc apud nos non seruatur, quæst. 64. versic. folent etiam, & hoc idem in grauioribus seruatum habemus, Exod. cap. 18.

QVÆST. XL.

1. Dicitur est.] Vide Decianum a est qui sunt iudices competentes in causis criminalibus: nunc de eorum Vicarijs videtur. Et in primis quæro, nunquid Vicarius Prætoris possit cognoscere de causis criminalibus. Resp. quod sic, potest enim de omnib. ijs cognoscere, & ea omnia facere, de quibus poterat cognoscere, et quæ poterat facere ille, in cuius locū est constitutus, quod tamē intellige secundum ea, quæ dixi sup. lib. 2. §. Vicarius.

2. Sed nunquid poterit talis Vicarius imponere reo vltimum supplicium, vel mutilationem membri. Resp. quod non, ita tenuit glo. in l. 2. in gl. fin. loquendo per verbum, Forte, C. de offic. eius qui vices alter gerit, quæ dicit communiter approbari Alber. in l. placet, post nu. 3. C. de pedat. iud. Hanc etiam opi. dicit esse communem Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, hęc est quædam sententia, circa fin. Tu vero dic, quod aut loquimur in Vicario Prætoris, qui communiter esse solet in omnibus ciuitatibus, & deputatur quandoque a Principe. quandoque etiam ab ipsomet prætore, & de hoc iudicatur tanquam de iudice ordinario, & Iul. Clar. Sent. Pract. Crim.

2. Et an possit imponere vltimum supplicium, aut mutilationem membri.

3. Vicarius Episcopi, an possit de causis criminalibus cognoscere.

Ex Additionibus.

1. Irregularitas quando incuratur remissiuè. Clericus suadens occisionem licitam non fit irregularis.

eius iurisdictione regulari secundum statuta, & consuetudinem ciuitatis, in qua est Vicarius: nam in multis ciuitatibus tales Vicarij non habent iurisdictionem criminalem, in aliquibus vero habent, sed limitatam: in alijs habent absolutam, prout ipsemet prætor. Et ideo in hoc statu non est dispositio statutorum, vel consuetudini: Aut vero loquimur in Vicario, qui sit deputatus locum tenens ipsius prætoris, puta, ex causa absentiæ, & tunc pariter est distinctio statutorum, et non potest imponere vltimum supplicium, quia causæ meri imperij non possunt alteri delegari, vt infra, q. prox. Aut est deputatus a Principe in locū prætoris mortui, vel absentis, & potest quicquid dicat gloss. præ alleg. Et ita videmus quotidie fieri obseruari, vt attestatur Boss. in tit. de sententijs, num. 22. Et hanc etiam opin. dicit esse communem Maranta in suo Spec. fol. 33. num. 20. & seq. Et idem etiam dicerem, vbi esset deputatus ab ipsomet prætore cum auctoritate Principis. In hoc tamen Ducatu, neque delegati, neque vicarij, neque ordinarij possunt imponere penam vltimi supplicij, neque mutilationes membri, nisi facta prius relatione in Senatu, ita disponentibus decretis.

Item quæro, nunquid Vicarius Episcopi possit causas criminales cognoscere. Resp. quod ex speciali cōmissione Episcopi, vel capituli potest de criminibus accusatorum cognoscere, & etiam diffinire. Et ita communiter seruatur, vt ait Spec. quem refert Paul. de offic. & pote. cap. sede vacante in 10. q. 2. partis principalis, num. 35.

Ioseph. de bello Iudaico libro 2. ad fin. de quo dixi infr. ad q. 85. vers. vltimus quæro. Drogh.

f. Ite quæro nunquid.] Adde videndum p̄ Capolla in consil. septuagesimo octauo, vbi ponit multos casus, in quibus incurritur irregularitas.

Item adde, quod clericus suadens occisionem licitam non fit irregularis, Piaz. epist. delictor. cap. 17. num. 6. Baiard.

g. Cognoscere.] Sed an Vicarius Episcopi assidendo cum iudice seculari faciens propter crimina torqueri clericum, qui postea persistit in tali confessione spontanea coram iudice seculari, qui illum vltimo supplicio damnauit, efficiatur irregularis, vide per Capollam plenē in suo consilio crim. septuagesimo octauo, vbi etiam habes multos casus, in quibus incurritur irregularitas. Baiard.